Fol. 111 15 Oct. 1580.

Rndi Dni.

Superioribus diebus cum grauiter ægrotarem redditæ mihi sunt à vobis literæ die. 17. Septembris datæ, longæ illæ quidem, et querelarum plenissimæ, sed quæ obscurius id continerent, quod de me petebatis, ut autem attentius eas perlegerim, satis tamen liquidò intelligere non potui, qua in re officium nrum requireretis. Cæterum si id uos præ nos ferre noluistis, minus ea probare, quæ contra atque sacri Canones uetent, de bonis Ecclesiæ Varmiensis per Rmos DD. Epos alienata sunt, fateor me satis apertè, quis sit in ea re sensus uester cognouisse. Sin autem quid aliud à nobis, officioque nræ legationis Aplicæ expetitis, liquidius de tota re agendum erit, ut nos inter nos facilius intelligamus. Benè ualeant Rndæ DD. V. et pro me orent. Varsauiæ. die. 15. Octobris. 1580.

Dat. RR. DD. VV.

Ad studia paratus

Jo: And. Epus Brittoroniensis Nuntius aplicus

Dispalom.

26

Rndis Dnis amicis et Caplo Ecclie
Varmien amicis charmis

Varmiam

27v